

Conclusiones philosophico-medicae de salubritate ... / Joannes Casparus Wolfius.

Contributors

Wolf, Johann Caspar.

Publication/Creation

Patavii : Typis Petri Mariae Frambotti, 1687.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/kkqeqh9w>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

CONCLVSIONES
PHILOSOPHICO-MEDICÆ

DE
SALVBRITATE

Quarum veritatem tueri conabitur

IOHANNES CASPARVS VVOLFIVS
VLMENSIS:

N. G. Artist. Consil. & Almaz Vniuers. Dn.
Dn. Theol. Phil. & Med. Prorektor,
ac P. Syndicus.

In adibus Patinianis?

May.
Mense Junio, die 6. hora XXI.



stavi, typis Petri Mariae Frambotti: 1687. Sup. perm.

I N
INCLYTA ET LIBERA S. R.
REPVBLICA VLMENSI.

*Generosis, Magnificis, maximè Sereniss, Amplis-
simis, Nobilissimis Prudentissimisque.*

DNN. DVVMVIRIS EMINENTISS.

DNN. CONSVLIBVS AMPLISS.

DNN. QVÆSTORIBVS GRAVISS.

Cæterisq; DNN. SENATORIBVS NOBILISS

CONSVLTISSIMIS QVE.

Patriæ Patribus, Iustitiæ ac legum Sacris Antistitibus, literarum & studiorum Patronis, Mæcenatibus, Conservatoribus, Promotoribus, Optimis Maximis.



bellum viriusque SANITATIS Thesaurum Amplectentem, pro Conaminum academicorum specimine, in debite observantia, & deuotissimi animi symbolum ulteriolemque sui & suorum studiorum commendationem, mente, manuque submissa oblatum, consecrat.

Ciuis ac cliens humillimus
Ioannes Casparus Wolffius I. N. G.
Artist. Consiliar. & Almæ Patavinæ
Vniuersit. Dn. Theol. Phil. & Medic.
Prælector, ac Prosyndicus.



Anitatis conſervationi diætā eſt medi-
cinæ pars, quam ſalubrium ſcientiam, &
diætā Latini nuncupant, *ὁγιαντὴν* Græ-
ci: ſcil. ad vitam bene ſalubriterque
legendam.

Hanc Medicinæ partem præſtantiffimam ac
utiliffimam laudavit Hippocr. *lib. 1. de diætā*; Quæ
ſcilicet divinum & blandiffimum vitæ condimen-
tum conſervet.

*Plutarchus de inveniend. valetud. ἡ σὺν ἡμετέροις καὶ
ἀποσπένεσθαι.*

Sanus homo nullis obligare ſe legibus debet;
neque Medico egere. Hunc oportet varium
habere vitæ genus, modò ruri eſſe, modò in urbe,
navigare, venari, quieſcere, ſed frequentius ſe
exercere.

Siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat:
Illa maturam ſenectam, hic longam adoleſ-
centiam reddit. Prodeſt interdum balneo in-
terdum aquis frigidis uti; modò igni, modò id-
ipſum negligere; nullum cibi genus fugere. *Corn.
ſeſ. l. 1. c. 1.* Salubritatem mediocrem vix ſalu-
britatem eſſe volumus, ſolam agnoſcimus pan-

eraticam, athleticam, basilicam; quæ robusti-
mos facit, sed hæc plus in mente quam in re con-
sistit, quæ etiam foret ex Hipp. periculosa. For-
mulæ veterum Grammaticorû inde deductæ sunt
vale pancraticè, vale basilicè.

Continuam inesse piscibus salubritatem
eos nullis opprimi morbis, omnibus fere pericu-
lum est, ut inde Iuvenalis, sanior es pisce. Refra-
gatur *Aristotel. l. 8. de nat. animat. & Plin. l. 9.* Si-
quidem pisces vegeti & præpingues, alii exte-
nuati & languentes à piscatoribus capiuntur. Fa-
tentur porro ab omni peste eos immunes esse, quæ
tum homines, tum aves, tum cicures belluas, fo-
rasve corripit.

Ad sanitatem corporis tria necessaria, ne fa-
mem, ne sitim, ne frigus patiamur. *Pythagoras.*

Omne quippe nimium Naturæ inimicum. π
τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον Hipp. 2. aphor. 51. quam in-
culcat 2. aphor. 50. Consuetudo longo tempore
si dereriora sint, insuetis, minus molesta sunt.

Optimum bene valere, secundum formosum
esse, Tertium divitias habere nulla fraude quæsi-
tas, *Pythag.*

A Iurisconsultis salubritas quædam, ab Orato-
ribus salus ipsa petitur, *Cic. pro Muræna*, multo
magis à medicis.

Incredibile est tantam ignaviam alicui esse in-
tam, ut salutem suam negligat *Demost. 1. Olynth.*

5

Sanitas est affectus secundum naturam primò
& per se actiones perficiens. *Gal. lib. 1. de sympt.
different. & l. 1. de san. tuend.*

Sani sumus dum nec doloribus cruciamur, nec
in vitæ actionibus impedimur.

Igitur benè dictum, sanum esse non consistere,
n operari, seu agere, sed posse agere. & τὸ ἐνεργεῖν
ἔχειν, τὸ εἶναι ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ τὸ δύνασθαι. *Gal. de differ. morb. c. 2.*

Sanitatem efficit elementorum iusta modera-
tio *Gal. l. de nat. hum.* Ideo consistere dicitur in
qualitatum symmetria, & organicarum partium
compositione, numero, magnitudine, & situ. *Gal.
l. 1. de sanit. tuend.*

Sustentatur valetudo notitia sui corporis, ob-
servatione earum rerum quæ aut prodesse aut
obesse solent, continentia in omni victu atq; cul-
u, corporis tuendi causa, & prætermittendis
voluptatibus; Postremò arte eorum, quorum ad
scientiam hæc pertinent. *Cic. l. 2. offic.*

Hinc haud inconsideratè, ei qui rectam victus
tionem servare nequit, medicamenta præscri-
ere superuacaneum esse, *Galen. lib. 12. Curandi
tio*: Causa enim morbifica ex errore diætæ or-
hac ratione augetur, incassumquè Medicus sa-
tatem restaurare conatur in ægroto, in gluvie
ontra nitente. *Diog.*

Interrogatus ab Aug. Cæsare, Pollio Romu-
s, qua ratione centesimum annum excedens,

6
robur corporis , animique vigorem servasset , re-
spondit , intus mulso , foris oleo , *Plinius lib. 22*
cap. 24.

Sanitati accedunt pulchritudo , bonus habi-
tus , integritas , quæ virtutes dicuntur *ὑγιαμίνα*
Gal. l. defin. Medic. Gaudeant itaque bene nati .

Sanitatem firmam constantemque καθ' ἑξιν de-
siderat *Gal. lib. 5. de san. tuend.*

Falsam incertam , fugientemque nominat καθ' ἑξιν .

Vt ex habitu & colore , pestilentia , sic salu-
britatis signa percipiuntur ; *Cic. de Divin.*

Sanitatem præsentem servare & amissam resti-
tuere Medico propositum est . *Gal. l. 1. de san. tuend.*

Vtatur quibus natura paratur & reficitur , ca-
veamus à noxam in ferentibus , naturâ quippe
dux vitæ nostræ est optima *Cic. l. de san. tuend.*

Saluberrimum foret , si quale erat id quod e-
fluxit , tale prorsus adiungere agglutinareque li-
ceret . *Gal. l. 1. de san. tuend.*

Thales interrogatus quis felix esset , respon-
dit , qui corpore sanus est , animo autem erudi-
tus . *Laertius l. 1. c. 1.* Optandum est , ut sit mens
fana in corpore sano . *Juvenal. sat. 10.*

Cucurbita salubrior πολοκωίδης ὕγιεινος legitur
apud *Athen. l. 3.* An quòd non lædatur aëris vi-
tio , propter crustam quâ tegitur , vel quòd ex vi-
riis remediis efficax esse perhibeatur ut scribit

Dio-

Dioscorides l. 2.

Hyeme quidem & fortiori exercitatione, & pleniore cibo utendum est, præcipue si tempestas aquilonia fuerit. Carnes esse oleraue calidiora atque vinum bibere meracius. *Paulus Ægin. de vict. rat.*

Quas omnes quatuor anni partes ex schola Salernitana egregie congestas conspiciere, licet,

*Temporibus veris modicum prandere iuberis,
Sed calor æstatis dapibus nocet immoderatis.
Autumni fructus caveasne sint tibi luctus.
De mensa sume quantum vis tempore brumæ.*

Adventante vere, alius quidem per vomitum alius per ventrem vacuetur, alius sectâ venâ sanguinem mittat, pro consuetudine aut animi promptitudine. *Id. ibid.*

Æstate confert quies, exercitatio remissior, cibis exiguus, atque is frigidior & humidior, Potus ideo liberalior usurpetur. *Id. ibid.*

Per autumnum maiori cautela opus est, is enim nordinatus & in æqualis esse solet.

A venere abstinendum, vitandum matutinum frigus, ardorque meridianus: Pomis impleri nonium est, liberandum corpus ab impuritatibus blandis catharticis, ne redundantes hyeme noceant, *Id. ibid.*

Naturæ legem servandam curent Medici: Interdium vigilandum noctu dormiendum *Hipp. Coac. b. 3. tr. 3. c. 16.* Consuetudini porro & climati

8
assensum non denegent. Et quantum fieri pote
iucundè imperent.

Vt iuuenibus mederi facile est, sic sanitati so
num prodesse, difficillimum, *Gal. l. 5. de san. tuen*

Senex nequit esse sanus: τὸ γῆρας ὅτιν αὐτὸ νόσος
Apollod. Ipsa senectus morbus est. *Terent. in phorm*
Teterrima porrò senecta, morbus est ingens, na
lis curandus, pellendusve medelis. Naturalem
morbum nuncupant, *Arist. l. 5. de anim. Gal. voc*
quoniam l. 6. de san. tuend.

Sanissimi pueri sunt, quòd ad ætates attinet
deinde adolescentes, morbosissimi autem sene
Hipp. l. 1. de diæta.

Calida natura senes facti, saluberrimi sunt
Hipp. l. 1. de diæta; Calore nativo digerente quo
superfluum ab ætatis infirmitate colligeretur.

Sani magis sunt sicci, humidis. *Gal. l. 6. apho*
com. 2. Quod hi putredini sint magis obnoxij.

Crotonem ciuitatem omnium saluberrimam
fuisse, cantat adagium Κρότωνος ὑγιέστερον, quæ co
pore pariter atque animo præstantes viros pro
duxerit, Milonem inter athletas, inter Philoso
phos Pythagoram. In uno certamine Olymp
co, septemviri qui reliquos virtute præcellerunt
omnes pariter fuerunt Crotoniatæ. Ideo vulga
ta Κροτόνια τῶν ὀλίγων πρώτος, τῶν ἄλλων ἐλλήνων. Cro
nium postumus, reliquorum Græcorum primus
est.

9

Salubris victus tres scopi sunt: Primus, quod exhaustum est reficiendi; alter, excrementa exellendi; tertius, ne animal præproperè senescat.

al. l. 1. de san. tuend.

Satietas est ingluvies morborum omnium, seminarium est cruditarum, obstructionum, putredinis, febrium, &c. *Avic. fen. 13. 3. tra. 2. cap. 4.* Plures occidit gula quam gladius.

Quare semel multum & repentiè repleti periculosum, τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἑξαπίνην πληρῆν σφαλερόν. 2. *phor. 51.*

Cùm solitos obsoniorum artifices abiecisset Alexander M. dixisse fertur se longe commodius secum ducere, nempe nocturnam profectioem, ad condiendum prandium, ad coenam vero prandij tenuitatem. *Plutarchus de salubr. præc.*

Lac maternum edito infanti saluberrimum est, pote quod consuetum & proprium alimentum i sit; Hinc ingenui parentum mores & corporis vires proli infiguntur: exemplo Germanis Gallicæque familiarissimo.

Caveant sibi homines à cibis, qui non esuriens ad edendum, potibusque qui non sitientes ad bibendum alliciunt, *Socrates.*

Tria saluberrima sunt non satiari cibis, impium esse ad laborem, & genitale semen conferre, *Plutarch. de tuend. sanit.*

Sanitatem conservaveris si hæc curaveris Σί

τὰ, ποτὰ, πόνοι, ὕπνοι, ἀφροδίσα, πάντα μέτρια, *cibus, potus, labor, somnus, venus, omnia mediocria. Hippo*

Falluntur inquit Diogenes, qui pro bona consuetudine sacrificant, & in ipso sacro epulis in modicis sese ingurgitantes, eius iacturam faciunt, *Laertius l. 6.*

In capitolio certabant quadrigæ latinis feris victor absynthium bibebat. Ita salubria quam iucunda quærenda sunt.

Convictus facilis sine artemensæ, à Martiali desiderabatur. Ventri porro hominum faburra do, non montes aut latè patentes campi, non sylvæ, non horti, vineæ, nec maria, flumina, lacus sufficiunt. In intima terræ itum est ad exquirendos in hominum nec em, boletos, tubera, fungos, *Macrob. l. 7. saturn.*

Sanus homo conser vandus est consuetis exercitijs, & cibis patrijs, quolibet anni tempore observatis. *Gal. in introd.* Quid ad hæc qui Caca Thè, & chocolat tantopere commendant?

Cœnam prandio laudabiliorem, eamque antequam quis prandio antelatum dixerunt, quod quies & somno, aëris nocturni frigiditate, collecto in viscera calore, ciborum coctio faciliior evadit. *Halyabbas.* Consuetudinis porro habeatur ratio. *Rasis l. 6. ad Almanf.*

Vinum pueris adolescentibus interdicatur. *Gal. l. 1. de san. tuend.* Ideo inquit Plato, lib. 2. *leg.*

leg. ne ignis igni superaddatur.

Viris moderatè concedendum ; & in primò
senio constitutis, quo hilariores sint, & salubrio-
res; vinum lac senum. Paulatim deinde minuen-
dum, ne nimium exsiccet.

Quod & Poetis haud inobscurum fuisse, se-
quens, declarare tentat, carmen ,

Τοιῶτω δὲ εἰκας ἐπιλέσσαιτο φάγοιτε,
ἐνδόμεναι μαλακῶν γὰρ δίκη ὅτι γερόντων.

*Isque videris, qui lotus dapibusque refectus
Molle cubile premas: namque hac est vita senilis.*

Laert. Homer.

Commodè quoque huc referri potest Ambra,
iusque essentia, cum saccharo ambrato, quippè,
uæ spiritus senio debilitatos mirum in modum
restaurant, eosque confortant, nec minus ac me-
moriam horum debilem maximè roborant.

Aquæ potus est familiarissimus, & omnium sa-
luberrimus. Cerevisia pomaceum, quisve potus
lactitius, quem zithum nuncupant, immo cedat
etificanti cor hominis.

Item succus betulæ ex læsa arbore vernali tem-
pore collectus, qui præstantissimum præbet λίθον
ίππικον.

Laborum & exercitationis vis valetudinem
firmat. Inde præceptum Hipp. l. 6. epid. Aphor. ul-
m. πόνος σιτίων ἡγέισθυσαν. labores cibos præcedant.

Exercitationem tempestivam tria consequun-
tur,

12
tur, membrorum robur, nativi caloris incrementum, & citatior spirituum motus. *Gal. l. 2. de senectute tuenda.*

Vigiliae senibus aduersissimæ sunt: corpus quippe summopere exsiccant, quo nihil seni perniciosius accidere solet.

In primis literis humanioribus qui operam navant, & lucubrationes in mediam noctem protrahunt, pessimè valetudini consulunt, oculorum aciem obtundendo corpusque vel cacochymia replendo, & ad scabiem, atrophiam, nec raro ad ipsam phthisin disponendo, proinde vigilias quæ studiorum gratia amat, tutius eas horis antelucanis, imprimis si Platonica coena antecesserit instituat.

Nocet empta dolore voluptas, quam escam malorum egregiè nuncupat Plato, præcipuè si a immodicam aut intempestivam venerem referatur. Hanc enim cruditas, obstructio, macies morborum ilias, proximè subsequuntur.

Præcox effugiatur Venus, si vitæ salubritatem exoptet; Ea enim vires resolvuntur, excrementorum copia per cruditates congeritur. Venus si cist temperamentis est inimicissima, *Gal. l. 1. de temperam.* Absumit enim ad speciei conservationem humidum illud, quod servando individuam naturam primum destinaverat.

Optimum est ut sit mens sana in corpore sano

¹³
Lucr. venal. sat. 10. Suum enim cuique scelus à sa-
nitate ac mente deturbat. *Cicero.*

Id de vehementioribus animi pathematibus.
Intelligatur: παθήματα, νέσιματα ἔστ. Fortunatos se
dicunt ganeones apud Columellam, *de re rust.* qui
noctes libidinibus & ebrietate, dies somno vel
ludo conlumunt. Hi porro insaluberrimi merito
censentur, qui ut Sibaritæ nec Orientem nec Oc-
cidentem Solem conspiciebant. *Athenæus.*

Sanitatis studium est, vesci citra saturitatem
& non refugere laborem.

Ἀσκησις ὑγιῆς ἀκορίη ζοφῆς ἀοκνίη πόνων. *Hippocr. lib. 6.*
Epid. sect. 4. aph. 20.

Gorgias interrogatus, quid fecisset ut in tan-
tam senectutem progressus esset; nihil unquam
voluptatis gratiâ, se aut comedisse, aut fecisse
exit.

Vbique suavius est vivere quàm mori pruden-
tius. Παντα χεῖ ἐπὶ τῷ ἢ θ' ὁ μάλλον, ἢ θανεῖν τοῖς σωφροσένοις.
Euripid. in Oreste. At vivere absque sanitate vix
vere est: hinc distinguebant antiqui, vivere &
vivere vita.

F I N I S

VVeg Paris Vrtheil vveg, vveg gold von zvvietracht reich;
 Hier zeigt ein Paris sich, dem Paris nicht ist gleich
 Den nie ein schönes bild, vermocht hat zu bethören,
 Der Iuno Prangen scheint ihm armuhts-reicher tand,
 Ein heißer Venus blick ist vweit von Ihm verbannt
 Er vwill Mineruen nur sein Tugend-gold verehren.

Der schönheit Lieb kosen
 Ist gänzlich umb funst,
 Der lieblichen Rosen
 Entzückende brunst
 Verfliege vwie dunst.

Prangen Kan dich blinden nicht,
 Armes vvorn-gespinnste
 Verdunckelt nicht dein Klugheits liecht,
 Der stolzheit falsche dunste.

Keine.

Die VVeisheit alleine
 Soll siegerim sein
 Dañ aus ihrem Kriegen
 Lernt man das besiegen
 VWas auch die größte macht niñer nimt ein.

VVeil du demnach mein freund hast also urtheiln Können
 So selbst ein graues haupt vor höchst verständig acht
 Gib dir Apollo auch, ein danckmahl zu erkennen
 So vveder neid, noch streit, noch zeit, vergehen macht
 Kein Agamemnon soll dirs iehmal abgevvinnen.
 Es führt den nahmen nicht der geilen Helena.
 Viel mehr ein Lorbeer Kranz der süßen Pierinnen,
 Der billich Krönen soll dein haupt der Tugend znah.

*His applaudibundus Dn. Auctori
 Collegæ suo paucis Caro HANS
 HAVBOLD VON STIEHL BINNA
 Eques Saxonicus I. N. G. Iurist.
 p. t. Conf. & eiusdem Univerf.
 Prorektor. & ProSynd.
 gratulari voluit.*